UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 4. Continuata summi Pontificis oppositio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67677

Visual Library

Sæc.XVIII. „perii, Regnorum & Provinciarum
A.C. 1731. „ſtrarum hæreditariarum ſubditis &
„libus dilectis, cujuscumque ſta
„gradus, ordinis, Dignitatis aut
„eminentiæ fuerint, ut ſæpe nom
„tum Principem Carolum, vel
„Succeſſores & hæredes, aut ex
„dicta Regina fratres, ut ſupra, q
„hanc conceſſionem & gratiam no
„imperialem nullatenus impediant
„turbent, ſed potius defendant ac
„nuteneant, idque etiam ab illis, q
„tum in ipſis erit, fieri ſtudeant ac
„rent, nec turbari aut impediri ſi

Præterea Ludovicus I. Philipp
Regis Filius Madriti die 24. Febr. 17
Georgius Angliæ Rex die 23. Jan.
Ludovicus Franciæ Rex die 28.
ſucceſſionis jus Carolo Hiſpano
tum ſuo quoque aſſenſu firmab
cunctasque inveſtituræ condition
obſervaturos ſpondebant.

§. IV.

Continuata Pontificis oppoſitio

Nihilominus mortuo Innocentio X
Benedictus XIII. Pontifex ſuc
Prædeceſſorum exemplo prætenſa
dis Apoſtolicæ jura continuato fer
tueri conſtituit. Eo fine die unde
Junii Anno 1725. Patrum Sena
hab

habuit, ubi coram Cardinalibus de ſervandis hiſce juribus in Parmam & Placentiam adverſus initæ pacis conditiones reclamabat, his uſus verbis: Sæc. XVIII. A.C. 1731.

Venerabiles Fratres!

„Ad graviſſimas Apoſtolatus curas, „quibus undique diſtringimur, novæ „inde ſollicitudines acceſſerunt, unde „allevamentum nobis potius & volu„ptatis fructus provenire debuiſſent: „Nihil enim optavimus impenſius, aut „ardentius ab omnipotente Deo flagi„tavimus, quam ut inter Chariſſimos „in Chriſto Filios noſtros Carolum, Ro„manorum Imperatorem Electum, & „Philippum, Hiſpaniarum Regem Ca„tholicum, ſtabilis animorum concor„dia, & Pax ſincera coaleſceret, qua „nimirum ad Orthodoxæ Religionis „Incrementum, ad hujus ſanctæ Sedis „præſidium, atque ad publicam Chriſti „fidelium tranquillitatem nihil oppor„tunius aut conducibilius eſſe poſſit: „Verumtamen jucunditatem optatiſ„ſimæ Pacis pacta conventa, Juſtitiæ „legibus abſona, ita infecerunt & con„turbarunt, ut, Pacem initam gratu„lantes, appoſitas Pacis conditiones „rejicere ac deteſtari debeamus. Enim„vero, præter alias conventiones, in

Sæc. XVIII. A. C. 1731.

,, CatholicæReligionis præjudicium ve
,, gentes, & juribus hujus ſanctæ E
,, cleſiæ in Regnum Siciliæ refragantes
,, illud etiam conveniſſe reſcivimus, u
,, Inveſtitura Ducatus Parmenſis, &
,, Placentini, quam eventualem app
,, lant, Carolo, Hiſpaniarum Infant
,, contra exploratiſſima jura ſupre
,, Dominii hujus ſanctæ Sedis, ab Im
,, peratore tradatur.,,

,, Jam eſt autem Fraternitatibus
,, veſtris ſatis compertum, quam for
,, ter opportuneque ejuſmodi conſiliis
,, & conatibus antevertere ſtuduerit fe
,, licis recordationis Innocentius XIII
,, Prædeceſſor Noſter, datis ad Catho
,, licos Principes literis, & ſolemni
,, Proteſtationis formula in Convent
,, Cameracenſi per idoneum Miniſtrum
,, exhibita, atque in Publico ejuſdem
,, civitatis Tabulario, Magiſtratibus con
,, ſentientibus, depoſita, cujus veſtigiis
,, vacante hac ſancta Sede Fraternitates
,, veſtræ ſollicite ac ſtudioſiſſime inſiſte
,, perrexerunt, ut intentatam Apoſto
,, licis rationibus injuriam averterent
,, & propulſarent: Nos autem, qui p
,, conſecrata poſſeſſione cuſtodienda, nec
,, labores, nec moleſtias, Domino au
,, xiliante reformidamus, noſtris atque
,, hujus ſanctæ Sedis apud Catholicos
,, Principes Nuntiis jam tum ab initio

,, no

„Noſtri Pontificatus, aſſiduis vero Man- Sæc. XVIII. A. C. 1731.
„datis negotium dedimus, ut injurioſis
„tractatibus obviam ire niterentur: ne-
„que ullas noſtri muneris partes reli-
„quas nobis fecimus, aut impoſterum
„faciemus, ut Sanctuarii jura ſarta
„tecta ſerventur. Interea dolorem,
„quem ex iniquis Conditionibus ſuſce-
„pimus, ſtatim ex hoc loco vobis
„communicandum duximus, illarum
„injuſtitiam palam deteſtantes, & hoc
„improbationis ac diſſenſus ſolemne do-
„cumentum eſſe volentes, nihil deinceps
„omiſſuri, ut per alia juris remedia &
„Apoſtolatus officia Noſtris rationibus
„proſpiciamus.„

„Verum enimvero recreat Nos,
„Venerabiles Fratres, & mirifice ſu-
„ſtentat tantorum Principum perſpecta
„juſtitia, atque in hanc ſanctam Sedem,
„resque ſacras religio ſingularis, quæ
„nos dubitare non ſinit, quin illuſtria
„de more tam æquitatis, ac pietatis
„ſuæ, quam filialis erga nos & hanc
„ſanctam Sedem obedientiæ teſtimo-
„monia ſint edituri; reſciſſis, ac dele-
„tis pactis & conventionibus, quæ non
„Pacis firmitatem & auſpicata Princi-
„patus fundamenta polliceri poſſent,
„ſed divinam potius indignationem, &
„Regnorum pericula denuntiare. In-
„terea, Venerabiles! piis obſecratio-
„nibus, quæ ſunt arma potentiæ, Deo

Sæc. XVIII. A. C. 1731.

„ inſtantes erimus, ut reſpiciat Domi„nus in hæreditatem ſuam, nec a„illis nos detrimenta metuere patiatur, „quorum Patrocinio ſanctæ Eccleſiæ „rationes tuendas & vindicandas com„modavit. „

§. V.

Jus Succeſſionis Carolo Hiſpano ad- huc firmius aſſertum.

Eodem adhuc anno Imperator, qui hucusque cum Hiſpaniarum Rege collidebatur, mox litibus inter ſe compoſitis cum ipſomet Hiſpano privatam Viennæ pacem iniit, cujus præcipui, qui controverſum ſucceſſionis jus ſpectabant, tituli erant ſequentes: I. „Agno„ſcat Cæſar Philippum Hiſpaniarum & „Indiarum Regem, omnesque ejus „deſcendentes, maſculos, & fœminas, „ſinet iis pacifice frui.„

II. „Contra vero Philippus ſuo & „Succeſſorum nomine renuntiet om„bus ditionibus, quas Cæſar in Italia „& Belgio poſſidet, & olim ad Mo„narchiam Hiſpanam pertinuerant.

III. „Inter quas etiam eſt Marchio„natus Finalenſis, quem Cæſar Anno „1713. Genuenſibus ceſſit. Renuntiat „item regno Siciliæ, ad quod ſibi re„greſſum ante ſervaverat.

I

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN